Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8199
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



XLII

53. VDALRICVS Secundus Canonicus Ecclie patauien. Eligit in Epum anno Dni 1215 sedit annis 8. mensibus septem, diebus decem, Secundum Alios annis septem mensibus tribus. Hic a Friderico secundo, q fuit Henrici filius et Nepos Friderici primi, tale priuilegium obtinuit. Fridericus Secundus Diuina fauente Clementia Romanorum Rex semp Augustus, Rex Sicilie, Apulie, Dux Calabrie, et Sueuie, Votis fidelium nostrorum et presertim que ad manifestos Ecclesiarum vsus cedere videntur, de consueta Regie Serenitatis munificentia, pium semp volentes fauorem impendere presentis scripti certitudine ad notitiam presentis aeui atque ad memoriam future posteritatis volumus venire, Quod ad instantiam et obnixas preces dilecti principis, fidelis nri Vdalrici patauiensis Episcopi quoddam foedum q de Canobio antiquitus inter Imperium et Cathedralem Ecclesiam patet de reali tunc Coenobio Sanctimonialium Intemerate Virginis Dei genitrice facto tunc cessit Imperio quod foedum dilectus Consanguineus et fidelis noster Illustris Ludouicus palatinus Comes Rheni et Dux Bauarie ad preces nras in manus regie Celsitudinis

Comes a Diessen

40